

/ Admodum R^{de} Pater

Remitto R.V. exemplum literarum Serenissimi ducis Bavariae, quas literas utile est conservari a R.V. pro defensione eorum, qui litanias illis utuntur. Optarem autem, si fieri potest, ut nostri
5 patres procurarent a Serenissimo duce exemplum decreti huius Sancti officii inquisitionis Romanae, quo dicit sua Serenissima Celsitudo, approbatas fuisse litanias illas. Hic enim tale decretum non invenimus, et quamvis fidem habeamus literis ducis, tamen gratum esset, videre exemplum. Oret pro me R.V.. Ex aedibus nostris,
10 die 16 Decembris 1610.

R.V.

Servus in Christo

Robertus Card^{lis} Bellarminus.

Al molto R^{do} Padre Assistente di Germania, della copa di Giesu.

15 Archiv.Vatic. Mss.Gesuit.18. Autogr.